



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

26. Iudex ordinarius undè dictus? iudices qui censendi? Iudex ordinarius quis? Quae eius differentia à delegato?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

remittet; *cit: cap. cum speciali ver: causa.* Non
 probatâ verò, vel probatâ quidem, sed
 illegitimâ, & inidoneâ iudicatâ, causa ad
 Iudicem recusatum remittetur, isque per-
 severabit Iudex, *cit: cap. cum speciali. juncto.*
cap. 4. de foro comp. Sicut & quando Iudex
 pronunciat bene iudicatum, & malè ap-
 pellatum, remittitur causa ad Iudicem à
 quo. *cap: ut debitus. 59. h. t.* Quod si verò
 arbitri intra præfixum tempus, vel negle-
 xerint, vel detrectaverint declarare, an
 causa iusta sit, & Iudex recusatus malit fi-
 nem temporis iis præfixi expectare, quam
 ad id cogere; lapso tempore sine ulla ar-
 bitrorum sententia, potestas procedendi
 ulterius ad ipsum revertitur, seu eius su-
 spensio tollitur; *cap. legitim. in fine. h. t. in 6.*
 26. Iudex in genere sic dictus, quasi
 ius dicens populo: est, qui publicam ha-
 bet de causis, & criminibus cognoscendi,
 & iudicandi potestatem: quam jurisdic-
 tionem appellant, omnibus Ecclesiarum
 Prælati debitam per *Gl. in cap. 2. de iudic.*
 Atque imprimis Sum. Pont. qui omnium
 Christi fidelium est Iudex ordinari⁹. *Can:*
aliorum. 9. qu. 3. ita ut pro Diœcesi sua ha-

C

beat

beat totum Christianum orbem. *Felino te
ste. cap: gratia. n. 2.* conformiter *can. causa pa
mundū. cit. q. 3.* Deinde Patriarchis, Archi
episcopis, Episcopis in sua cuique Provin
cia, vel Diœcesi. *cap. 1. h. t.* Abbatibus, Ar
chidiaconis, Archipresbyteris, Abbatissis
ex communi Doctorum.

27. Judex ordinarius dicitur, qui
proprio munere, ideoq; suo pte jure, & au
toritate causas cognoscit, ac definit, id
ex vi Ecclesiasticæ suæ Prælaturæ, vel M
gistrat^o quem gerit, non autem alieno m
mine exercet, *L. more majorum: ff. de jur
om. jud: L. 1. ff. de off: eius.* Eoq; pacto diffe
à delegato & Vicario foraneo, qui jurisd
ctionem non suo jure, sed alieno bene
cio obtinent: quod ille suo agat imperi
hic alienam exequatur jurisdictionem. Or
quod is proprietatem jurisdictionis hab
at, hic quasi usum eius & exercitium: ap
us forte adhuc explicaveris dicendo, O do
dinarium suo jure jurisdictionem habet
quia Magistratus est huiusmodi ut Prætor
quia Prætor est, Judex quia Judex, nam
jure Magistratus jurisdictionis competi
quæ jure suo competit, puta non privata aut